

Sermo.

xxxix

scientem sic gloriose laudauerunt et de beneficio accepto tantas gratias egerunt. Sed adhuc est unum quod videtur supra modum mirabile quod isti homines videntes eum miracula facientem in curatio infirmorum suorum (nam quot infirmos curauit tot miracula fecit) non vident cognouisse nec multum admirati fuisse. Sed modo videntes unum miraculum statim laudauerunt et cognouerunt eum. Non quod dicendum quod ipsi totiens viderant vel audierant eum curantem infirmos quod assiduitate quod non mirabantur. Sed quia hoc miraculum nouum et inauditum. Tercio in tantam admirationem deducti sunt. Quia potest dici et forte melius quod ipsi videntes prima miracula sanitatum et modo videntes miraculum nouum ex consideratione omnium admirantes et spiritu sancto feruentes et prophetantes. Sic spiritu una voce in laudem domini prouenerunt. Istud corporale diuinum quod dominus fecit amicis suis sicut celeste conuiuium in quatuor. Nam in isto dominus fecit primo homines sedere super terram. Sic ille qui deus reficit in celo debet hic sedere super terram corporis sui. desideria non perficiendo. Ro. Quia hec militat aduersus aias. Secundo fecit eos discubere. Discubere non est ad refectorem quiete et in pace sedere. Sic in celo faciet dominus electos discubere et transiens ministrabit illis. Luc. Et erunt in pace et quiete maxima. Ita. Sedebit populus meus in pul. pa. in re. opu. Tertio fecit eos sedere per centenos et quinquagenos. id est per societates maiores et minores. Sic erit in celo. Stabunt. non maiores et omnes electi per societates et ordines suos. sicut patriarche in suo ordine. prophete in suo. apostoli in suo. martires in suo. confessorum res virgines religiosi coniugati singuli in suo. Sicut dicit apostolus Cor. Unusquisque in suo ordine. Quarto isti homines qui fuerunt refecti omnes pariter laudauerunt dominum ipsum christum. de infirmorum sanatione. mirabili refectio ad mirabili pietate. de excellenti potestate. sic erit in celo quia omnes electi refecti et faciat a gloria visionis dei simul laudabunt viuente in secula seculorum. hoc non erit officium beatorum continetur in eternum laudare deum. ps. Qui habitant in domo tua. Sed illi laudabunt solum deum in celo qui fuerunt digni laudare in mundo. In sciendum quod solum due creature. scilicet peccator et diabolus excluduntur a laude dei. In cum dixit dauid. laudetur eius celi et terra postea commisit. ps. In quo omnes creaturas puocat ad laudem dei excepti. solum modo diabolo et homine peccatore. In deus bene. Non est speciosa laus in ore peccatorum. Rogemus dominum qui pauper populum sic miraculose sic delicate ut dignetur bene pascere aias nostras. pane gratie in celo pane vite eterne ad quam nos perducatur amen.

Feria secunda post dominicam quartam. xl.

Rope erat pascha indeorum et ascendit se